

Johann Georg Dorsche

**Collegii Theologici In Universitate Rostochiensi Decanus Doctores Et
Professores Ad Actum Solennem Disputationis Inauguralis De Monarchia
Ecclesiastica, Ex Vers. XVII. & XVIII. Cap. XVI. Matth. a ... Dno. M. Johanne
Ludovico Ruelio, Regio Pastore ad templum cathedralē & Archipresbytero apud
Strasburgenses Borussorum ... Die 1. Septemb. more consueto, instituendum,
Academiae Rectorem Magnificum, Professores Excellentissimos, Doctores ...
amice invitant**

[Rostock]: Kilius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn740016490>

Druck Freier  Zugang



R N Nov 1659

Johann Christoph Ottoris =

Vat: Johann Ludwig Rülius
Mis Pogr.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740016490/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740016490/phys_0002)

DFG

COLLEGII THEOLOGICI
IN
UNIVERSITATE ROSTOCHIENSI
DECANUS
DOCTORES ET
PROFESSORES

AD
Actum SOLENNEM
DISPUTATIONIS INAUGURALIS
DE
MONARCHIA
ECCLESIASTICA,

Ex VERS. XVII. & XVIII. CAP. XVI. MATTH.

REVERENDO ET CLARISSIMO VIRO
Dn. M. JOHANNE LUDOVICO
RUELIO, REGIO Pastore ad tempium cathe-
drale & Archipresbytero apud Strasburgenses Borussorum,

AUSPICE JESU

Die I. Septemb., more consveto, instituendum,
Academia RECTOREM MAGNIFICUM, Professores Excel-
lentissimos, Doctores Civesq; Clarissimos & Præstantissimos,
nec non Literarum & Literatorum sautores (respectivè) observanter,
officiorè, amicè invitant.

ypis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typogr. M. DC. LIX.

1659



Vanti momenti, quantarumq; consequentiarum,
contra Papalem monarchiam, sit illa de pontificis a-
licuius oecumenici in spiritualibus & temporalibus
absoluta potestate, controversia; confessus est inge-
nue Bellarminus in pref. libr. de Pontifice Romano:
Cum de primatu Pontificis agitur, (ait) de summâ rei Chri-
stianæ agitur. Id n. queritur, debeatne Ecclesia diutius con-
sistere, an vero dissolvi & concidere? Quid n. aliud est quer-
rere, an oporteat ab ædificio fundamentū removere, à gregē
Pastorem, ab exercitu imperatorē, solē ab astris, caput à cor-
pore; quā man oporteat ædificiū ruere, gregē dissipari, exer-
citiū fundi, sidera obscurari, corpus jacere? Scilicet intoxicatus
poculo meretricis Roma Cardinalis, non credit Ecclesia aliā eterna
salutis asylum esse posse à Romanā, cuius tn. illā esse religionē facile
intelligit, ut si in aliā quam Pōtificis, solam nepē divinā autoritatem
resolvatur, (à Papalibus n. vel inventionibus vel confirmationibus,
tanquā ex ecclesiastico capite, in solidum prodeunt omnia ligamen-
ta, arteria, nervi, corpus Ecclesia illius unientes, continentes, sēsum
motumq; omnem in illud devebentes) maximā sui parte in sumum
& fabulam abituraſt; Ab hac controversia fundamentali & radica-
li, ex quā plerq; aliae religionem Pontificiam absolventes, tanquam
ex primā origine prodeunt, certum judicium formabitur de reliquis,
quibus illi à veritate revelatā dissidere sustinent. Si fundamentum,
hoc evertatur cadet sūlā & id pāwpa ecclesie Pontificia; si radix
bec amputetur, marcescat & dissipabitur foliosissima Romanorum
dogmatum arbor illa, sub cuius umbra tam suaviter papales aviculae
sui domini inventiones & phantasias decantant. Absolvitur a. con-
troversia tam ardua quatuor imprimis momentis & questionibus,
quarum queq; priores in gratiam sequentium fraudulenter repertae
sunt & disputantur. PRIMA generalissima est; An sit uno quispiam
à Christo constitutus omniū ecclesiarum toto orbe dispersarum, atq;
ad eo omnium pastorum singulis ecclesiis p̄fectorum, summus pa-
stor, à cuius absoluto directorio & nutu universa ecclesia, & proprie-
tate

banc

hanc omnis temporalis potestas dependeat? Affirmant Pontificii, nibil moti scripturae sacrae silentio inexpugnabile, de monarchia talis ecclesiastica: nibil ipsius Servatoris nostri irrefragabili interdicto, quo suos, nec Petro excepto, apostoles newtēa & fiducia illa, (quam post apostolorū tempora Romani episcopi resuscitarunt, & cum tot animarum parricidio foverunt,) turgidos constringit, ne unquam vel ipsi, vel ipsorum legitimis successores sic se efferre audeant. Luca XXII. 25. seqq. REGES GENTIUM, ait (sive quorūcunq; populorum, confer Matth. XXIV. 7. C. XX. 32. Luc. VII. 5. C. XXIII. 2. Job. XI. 48. Actor. II. 5. tempore Christi prater Judæos gentilismō involutorum; qui soli reges habebant, de quibus propheta prædixerat fore, ut Messiae regnum in omnia illa extendatur; quod apostoli, tum cum Christus salvifica sua morti vicinus esset, impletum iri, seq; in thronos regum gentilium reponendos sperabant) DOMINANTUR EIS, (non quidē tyrannice, neg; n. id τὸ καταρχεῖν per se insert Act. XIX. 16. Jerem. III. 14. Psalm LXXII. 8. sed dominio simplici; Neg; n. dominationem illam, qualem discipulis derogat Christus, reprehendit sed eandem nudè introducit, Imò talem indigitat qualem discipuli affectabant; qualem administrantes sunt ἐποίημι us. נָרְבִים; quales multæ fuere gentilium imperitationes; moderate nempē & equa) ET QVI POTES TATEM HABENT SUPER EAS, BENEFICI VOCATUR. VOS AUTEM NON SIC &c. (ad qua verba recte Bernhardus Claravallensis Abbas, vir, judicio Bellarmini Lib. de script. Eccles. planè Apostolicus. Non dominantes in clero, sed forma facti gregis. Ne hoc dictum solà humilitate putas, non etiam veritate, vox Domini est in evangelio. reges gentium dominantur, vos a. non sic. Planum est, apostolis interdicitar dominatus. I ergo & tibi usurpare aude, aut dominans apostolatum, aut apostolicus dominatum. Planè ab alterutro prohiberis, si utrūq; similiter habere voles, perdes utrūq; &c.) Agnovit severū illud Christi ab ipso Petro (à quo omnino reluctante, tyrannidis sua originē deducunt pontificii) repetitum interdictum 1. Epist. Cap. V. inter alios Gregorius Magnus, sexagesimus sexto

à Petro, ut ajunt, episcopus, ex praefecto urbis Papa factus. Et aperie
protestatur, occasione Johannis episcopi Hierosolymitani, uni-
versalis episcopi nomen arripientis, illum, qui vel esse vel dici volue-
rit catholicus. & summus ecclesiae visibilis episcopus, quicunq; is fue-
rit, antichristi precursum fore. Libro IV. epist. XXX. ad Mauri-
tium Augustum. Eundem, inquit, fratrem & consacerdotem
meum studiosè ad monere curavi, ut si habere pacem omniū,
concordiamque desiderat, à stulti vocabuli se appellatione
compescat &c. Ego fidenter dico, quia quisquis se universa-
lem sacerdotem vocat, vel vocari desiderat, in elatione suā
Antichristum præcurrat, quia superbiendo se coeteris præpo-
nit. Nec dispari superbiā ad errorem ducitur, qui sicut per-
versus ille Deus videri vult super omnes homines, ita quis-
quis iste est, qui solus sacerdos appellari expetit, super cæte-
ros sacerdotes se extollit &c. Paria exstant multa in epistolā eā-
dem, & XXXIV. ejusdē libri ad Constantinam Augustam. Epist.
XXXVI. ad Eulogium episc. Alexand. & Anastas. episc. An-
tioch. Epist. XXXIX. ad Sabinianum diaconum. Epist. LXXX.
Libro VI. epist. IV. ad Cyriacum episc. Constant. Epist. XXIV.
ad Anastas. episc. Antioch. Lib. VII. epist. XXX. ad Eulogium
episc. Alexand. Epist. LXX. ad Theffal. Eandem modestiam, va-
riorum ecclesiae patrum testimoniis, commēdavit Gratianus, C. mul-
ti dist. XL. ex Chrysostomo. C. legimus dist. XCIII. ex Hieron.
C. Prima sedis dist. XCIX. ex Concilio Africano. C. nullus dist. ea-
dem ex Pelagio. C. ecce. dist. eādem ex Gregorio &c. QUAESTIO
generalis SECUNDA, inde terminatū prius de aliquo summo Ecclesiae
monarcha postulatum, in specie ad Petrum confert, scilicet, annon-
bic ex Apostolorum choro a Christo solus inauguratus sit & confirma-
tus, in universalī illo administrande ecclesiae officio? Negādam eam,
si thesis prior, quod Christus nullum instituerit oecumenicum talem
episcopum explosa est, quis non videt? In quo generenon sine laude
eximiā, Reverendus & Clarissimus Dominus M. JOHANNES
LUDOVICUS RUELIUS, Pastor ad templum cathedralē
& AI-

& Archipresbyter apud Strasburgenses Borussorum. Theologiae Candidatus in præ sens noster, pro orthodoxia, in suâ bac
Inaugurali disputatione, mentem calamumq; occupavit, prægnantis-
simam illam controversiā, An ex Christi dicto illo Matth. XVI. 17. 18.
Secundum mentem Pontificiorum, Petrum constitutum esse à Domi-
no Monarcham ecclesie solide probari possit? justo modo pertractans.
TER TIA, ex duabus antecedentib; nexus necessario descendēs Q UÆ-
STIO specialiter successionē in jus Petri, si quod tale fuisse quale Pon-
tificii mentiuntur, quod Pontifici Romano tribuit, concernit. Successio-
nem illam, cō quod à Deo non esset, s̄ p̄ssime interruptam & sublatam
fuisse, Satanā efficaciter operante in filiis incredulitatis per diutur-
nas vocationes post Iohannem III. Pelagium II. Gregorium. Fabia-
num. Bonifacium. Severinum. Martinum I. &c per Antipaparum
affectatas dissensiones, quarum XXIX. ex Platina, Onuphrio,
Baleo, Bellarmini chronicō occurrunt: per hæreticas discessio-
nes, notabiles in vita Zephirini. Lyberii. Felicis secundi. Vigili. Ho-
norii primi, que & alia prolixē in lucem protrahuntur Confessionis
catholice D. Gerhardi Lib. I. pars II. cap. II. per illegitimas occu-
pationes, nempe (1) Simoniacas largitiones quas in Sylvestro III.
in Benedicto IV. in Sergio III. in Benedicto IX. detestatur Platina.
(2) sanguinolentas factiones quas deplorat Baronius ad An. 897.
900. 908. 912. &c. (3) Fraudes & injurias ex quarum praxi de Bo-
nifacio proverbii loco dictum fuit, ipsum intrasse ut vulpem, regna-
se ut leonem, mortuum esse ut canem. Idem historiae de Gregorio VI.
Greg. VII. Johanne XXIV. & aliis testantur. (4) Magicas artes,
quibus ad universale ecclesia directorum ascendisse, & illud admi-
nistrasse confirmant, de Sylvestro II. Antonius Archiepiscopus
Florentinus part. II. tit. XVI. c. I. de Gregorio VII. Abbas Ursper-
gensis in chron. ad an. cl. LXXX. Benno de vitâ & rebus gestis
Gregorii VII. Quinq; inquit, Papæ se totos consecrarunt Sata-
næ. Sylvester II. Benedictus IX. Johannes XX. Joh. XXI.
Gregor. VII. Talem, inquam, fuisse successionem post Petrum, in-
ficiari ipsi Pontifici nequeunt, relinquentes in proclivi judicium de

auctoritate divinâ, quan niti successionem illam Pontificum erare
nesciorum, Ecclesia Christi capitum sanctissimorum, impudenter
asserunt. Et utut ipsa successio, & sucedenteum vita de sui origine
qua divina sane non est, adeò liquidè non testarentur, vel inde tyran-
nis Romanorum Pontificum crudelis, quâ sibi incompetentia sumunt,
satis eluceret, quod doctissimi ex Pontificiis cōplurimi, non (veritate
victi) confiteri non possunt successionem illam, quam ut palmariane
religionis partem tuentur, juris divini non esse, ut patet ex Nicolai
Cusani lib. II. de Conc. Cath. cap. XIII. Thomæ de vio Cajetani
tract. II. de compar. Pontif. & Concil. c. XXII. Alphonsi de Castro,
verbo Papa. Franc. Suarez lib III. defens. fidei Catholice c. XIII. ex
Dominico à Soto in IV. sent. dist. XXIV. Alphonso Mendoza
in Controv. Theol. q. IV. &c. Etnovissimè Valerianus Magnus in
colloquio Rheinfeldensi. An. CL. I. C. LI. habito, Giessensibus Dominis
Theologis libenter concessit, Hanc thesin, post ætatem D. Petri,
Pontifices Romani, successores ejus, habent auctoritatem
infallibilē &c. non quimus inferre ex solo textu sacro, siqui-
dem in bibliis nulla sit mentio Pontificis Romani, sed neq;
ab auctoritate judicis Ecclesiastici possumus præcisè sine ar-
gumento Theologico confirmare illam thesin. Nos enim in-
ter decreta ecclesiastica, fidem concernentia, nullum scimus
quod Pontifici Romano tribuat expressè infallibilitatem au-
toritatis. &c. Probamus tn. ab auctoritate judicis Ecclesiastici has VII. propositiones (1) Pontifex Romanus est suc-
cessor D. Petri Principis Apostolorum (2) Pontifex Romanus tenet Primatum in universum orbem. (3) Est verus Chri-
sti vicarius. (4) Est caput totius Ecclesiae. (5) est omnium
Christianorum Pater. (6) Et Doctor. (7) Cui à Domino Iesu
Christo, in Beato Petro tradita est plena potestas pascendi,
regendi & gubernandi universam Ecclesiam. Patres n. Oc-
cumenicæ Florentinæ Synodi, cum Eugenio VI. Pontifice
Romano, questionem de Primatu Pontificis Romanus defini-
erunt &c. Egregiū verò fundamētu, anno demū CL. CCC. xxxviii.

natum

natum pro confirmanda autoritate Romani Episcopi in spiritualibus
et secularibus summa, in quam resolvenda sit ultimò Christianorum
omnium fides, Et de qua, quicunq; fuerit, sub periculo excommunicatio-
nis infelicissime ambigere non audeat: quasires tam levis esti-
mationis sit, imperium in conscientias et Regna hominum, ut illa
sufficiat aliqua otiosorum Monachorum et pralatorum, ante secula
duo sub imperio ejus pro quo definire cogebantur, convenientius, ser-
vitis constitutio. Tam desperata causa religionis est, extra verbum Dei
asserende! QVÆSTIO in negotio hoc QVARTA, specialissime po-
testate Pontificis in tempore alia omnia ad libitum dispensanda, at-
tingit. In qua ut transmittaneus omnia quibus potestatem illam con-
ficiam, tyronnicam in. Et Antichristianam esse, solidissime nostra-
res dudum ericerunt; quodg; nulla esse queat, si tres hypotheses prie-
res inaneas fuerint; vel unum illud; quod in assertio hac postrema,
ipsi propugnatores sunt varij, dubi, dissentientes, mendaciorum ar-
tificia prodidit. Tres sane publice Romanensem factiones hanc libe-
sin qua quaversum miserè lacerant, et distrahunt. Primo. Politici
vel ex sententia mancipiorum papalium athei, sic dicti à nonnullis
Pontificiis, quod fætidam Pontificum libidinem omni ex parte ado-
rare nolint (ut patet ex libro Jesuitæ Garasse in Steph. Paschal
consiliarium et advocatum regium, Et Richeomi ac Felicis de
la Grace Jesuitarū, cuius libro titulus. La Chasse du Renard Pasquin
confer Baron. ad an. c1o LXXIII. §. 13) Romanum Pontificem jure
divino, nullum prorsus rerum temporalium dominium, aut jurisdi-
ctionem, sive directe sive indirecte, habere contendunt, tales sunt
Marsilius Patavinus in defensore pacis Guillimi Barclai J. C.
de potestate Papæ Rugerus Widrigtonus in apologia projure reprin-
cipum &c. Contra Theologis, papam eo ipso quod papam est, non esse re-
gem vel imperatorem ut possit eadem gerere quæ regis sunt aut im-
peratoris, sed posse in et regibus et imperatoribus uti pro autoritate
sua, sita commodum existimet ecclesie sue, docent. Deniq; Canonistæ
Papam ut Papam, jure divino habere plenissimam potestatem in u-
niversum orbem, in rebus tūm Ecclesiasticis tūm politicis, asserentes

QVINTA

contra priores pugnaciter procedunt: Quales tum Canonista, tam Theologis sunt, Augustinus Triumphus, Joh. de Turrecrematâ, Albertus Pighius, Nicolaus Sanderus, Bellarminus, Thomas Bozius, Jacobus Gretser, Alexander Carerius &c. Nos missa bac vice Andabatomachia illa papali, in quam occasione in auguratis disputationis, Prædicti Reverendi & Clarissimi Viri, Domini M. JOHANNIS LUDOVICI RUELII &c. de summâ Petri Apostoli & Monarchicâ potestate (quā ingeniosè cōmenti sunt Pontificis) in præsens cōmendandæ, incidimus, id agemus quod suscepimus. Præmittimus verò invitationi, ad solemnum hanc disputationem, publicæ, more usitato, optimâ laude dignum, ad clarissima quævis aspirantis vita, curriculum Candidati nostri. Natus is est Anno M. DC. XIX. die XXIII. Septembris styl. veter. Rætziae Neo-Marchicorum, PATRE, viro amplissimo, CHRISTOPHORO RUELIO, Cive ibidem atq; Mercator primario, An. M. DC. XXXVII. d. XXVII. Decembr. styl. nov. Fer. 3. Natalit. SALVATORIS, Friedlandie Polonorum denat: MATRE, MARIA Niereden/ Matronâ honestissimâ, qua filium beatissimis undis tinctum studio Theologico mancipavit, rata, præcipuus hoc mercaturæ sue lucrum, si animum filii elegansimis humanitatis & Sacrarum Literarum studiis ornatum experiretur Parens. In Schola patriâ non ignobilis, pietate & studiis, qua teneram etatem decent, innutritus, post tyrocinia pueritia, ornamenta discentium plenius sectari aggressus est, Moderatoribus (quorum bene meritissimi) Viro Reverend. atq; Doctiss. Dn. Samuele Grutzmachero, p.t. Ecclesiaste apud Falcoburgenses vigilansissimo, Affine & Compatre suo honoratissimo, juxta ac Viro pereximio & Doctiss. DN. Michael Conovio, nunc temporis Directore Chori ad Aedes S.S. TRINITATIS, & Cantore Gymnasi Gedanensis famigerabili, amico suo plurimis dilecto. Translatus est inde consilio Parentum anno M. DC. XXXIII in Scholam Stargadiensem Pomeranorum, ibi demq; biennium substitit, Rectore Viro Clariß. Dn. M. Daniele Raderechto, sub informatione præcipue tam publicâ, quam privata, Dn. Matthiae Weberi, deinceps M. Christiani Biedermannii, virorum

vierorum de studiis ipsius optimè meritorum, pariter & sub Moderatione Dn. Matthæi Keltzii, Musici celeberrimi & Chori Directoris gravissimi, ipse Musices amantissimus, ubi gubernatione & conductu Viri pl. Reverend. Clariss. Dn. Danielis Ruëlii, Pastoris ad D. Johan. vigilantisimi, Vice-Prepositi meritissimi (paucis ab hinc septimanis inter multorum lachrymas & suspiria, d. $\frac{2}{3}$ Junii horâ 2. pomerid. pie in DOMINO & placide demortui) utilissime fru-ebatur, donec STARGARDIA illa florentissima, delitiae Vicinorum, &, quod ad præcipuam Urbis gloriam pertinet, elegantissimorum Ingeniorum parens, obsidione Cæsareâ cincta, AN NO. M.DC.XXXV. diro (prob!) incendio exposita, cum Schola Ejusdem tam veteri, quam Gymnasio noviter exstructo, pariter & augustissimis Templis, devastaretur. Anno eodem in Gymnasium Dantiscanorum Academicum, Officinam illam doctrine solidioris exquisitissimam (CORONAM sub introitu promittentem Musarum Cultoribus) missus, DN. Professorum, Pl. Reverend. & Excellentiss. D.N. JOHANNIS BOT SACCI, S.S. Theolog. D. & P.P. tum temporis Rectoris Gym. & ad Aedes S.S. TRINIT. Pastoris primarii, ut & Dn. Johannis Mochingeri, Professoris Eloquent. Incomparabilis, nec non Dn. M. Petri Crügeri, Mathematic. celeberrimi, ceterorum, lectiones, sedulo, ut paruit, frequentavit, ad parandam eam, que decet Academias, eruditio-rem. Antequam verò istas Musarum Sedes adiret amplissimas, visum fuit lustrare in POLONIA MAJORI, Cunitzium, Posnaniam ad Vartam & Prosnam fluvios, Warsawiam, Regiam Sedem, Gnesnam, que prima omnium scribitur à Lecho condita, Petrocoviam, Regni Tribunal, Spicimiriam, &c. In POLONIA MINORI, Cracoviam, antiquam Regum Polonorum Sedem, quam Petrus Appianus PTOLOMÆI CARRODUNUM scribit, Sandomiriam & Lublinum, Urbes principales. In BORUSSIA, Thorunum, anti-quissimam & præclaram Urbem, Strasburgum, Regium Fortali-tum, Grudenium, Mariæburgum, Eibingam urbem munitissimam, ceterasq; his minores. REGIOMONTUM denum adiit Anno M.DC.XXXVII. atq; Academie Civis inscriptus est à Magnifice Re-ctore,

B

etore, Viro Ampliss. Dn. CHRISTIANO Ohm/ J. U. D. & P. P. Ubi
Philosophis pariter & Theologis celebratissimis Auspicibus, studiis
suis feliciter continuandis invigilans, PHILOSOPHOS, Dn. M. Mi-
chaelem Eislerum, Logic. & Physic. Professorem, M. Valenti-
num Thilonem, Oratorem, M. Albertum Linemannum, Ma-
thematic. Excellentiss. quem & post ipsius sacerum, Michaelem
Gericken/ Hospitem nactus est exoptatissimum, ex cuius amicissima
conversatione haud exiguum studiis suis adjecit augmentum.
THEOLOGOS verò D. Johannem Behmum, Seniorem, in verum
Nativitatis CHRISTI annum inquirentem, D. Cœlestinum Mys-
tentam, de Corpore Prutenico differentem & L. C. Theol. explican-
tem, M. Levinum Pouchenium, JOELEM Prophetam interpre-
tantem, & contrā Photinianos disputantem, M. Andream My-
lum, Hebraea, & quæ Linguarum Orientalium sunt, legentem, cu-
riose audivit. Collegiis itidem privatis Lectorio-disputatoriis, qua-
lia instituerunt M. Wilhelmus Witzendoiff. Metaphysicum,
M. Daniel Lagus Physicum, M. Christian. Sindknecht Ethic-
cum, M. Fridericus Meyer, Logicum &c. indefesso studio inter-
fuit auditor, Opponens & Respondens. In hoc fausto studiorū suorum
Dn. Cand cursu amantissimus Magnis ingeniis, An. M. DC. xxxix.
nanciscebatur occasionem in Livoniā proficisciendi, ubi lustra-
vit Rigam, primariam totius Livoniae urbem ad Duinam, item
Kokenhusen, Wolmar, alias, poste à Topatum sive Derpt, Epi-
scopalem urbem, Revaliam, Metropolim Eistorum, Weisenburg,
Tolsberg, Borcholm, Episcopi Revaliensis sedem. Deinceps li-
teris Fautorum instructus trajecit in Sveciam, & salutavit Stock-
holmiam, Emporium nobile & Sedem Regiam, Ubsaliam ad Sa-
lam, in centro Speciarium, Scholę publicę accommodatissimam.
His & nonnullis aliis Arcibus, Propugnaculis, monumentisq. illu-
stribus, visis, rediit ad pristinum studiorum suorum domicilium,
Regiomontum. Reduci An. M. DC. XL. aperiebatur in prolo no-
vum hospitium apud virum Amplissimum atq; Consultissimum
Dn. Ge-

Dn. Georgium Wegnerum, p.t. Senatorem Kneiphofensem, Fauto-
rem suum præcipuum, quem tam faveat expertus est, ut non solùm
multum laudis, interprete testimonio per quām honorifico, ipsi tri-
bueret, sed etiam Dn. Candidati filium, Johannem Christophorum
Ruëlium, se pari affecturum benevolentia ultrò polliceretur. Eo
tempore Vir Admod. Rev. Ampliss. & Excellentiss. Dn. D. Abra-
ham Calovius, S.S. Theologiae Studio sis suam commodabat in Col-
legiis operam indefessam, quem quoties Dn. Candidatus audivit, to-
ties de profectibus & incrementis suis sibi gratulatus est. Achatem
quogz fidum habuit privatim, Clariß. Dn. M. Christianum Vis-
marum, virum in primis Doctum & eruditum, quo Præside Differ-
tationes Philosophicas de Affectionibus Entis, de Potentiâ &
actu, de necessario & contingente, de naturâ Spirituum in
genere, de Intelligentiis in specie, Eruditorum examini sub-
jecit. In Theologiâ disputavit de Interpretatione Sac. Scriptu-
ræ, de Anti-Christo, & de Satisfactione CHRISTI: Necnon
è Cathedrâ Ecclesiasticâ aliquoties magnâ cū laude audit⁹ est. Edi-
tis illis in Borussia speciminib⁹, Athenas Albertinas demum linquere
constituerat, alias Germaniae Academias visurus. Per Poloniam
ergo, Cassubiam, Vandaliam, Pomeraniam migrans, Fran-
cofurtum ad Oderam, Athenæum patrum attigit proximè. Perre-
xit Witebergam, Theologum grandevum, Dn. D. Jacobum Mar-
tini, D. Paulum Röberum, Concionatorem celeberrimum, D. Joh-
an. Scharffum, Philosophum solertissimum aditus.
In supe-
riorem Germaniam progrediens ARGENTORATUM per orbem ter-
rarum celeberrimum præprimis quidem affectabat, at per sevientia
bella, (quod vehementer dolet) videre non licuit. Reverti coactus
in Misniam Dn. Candidatus, perlustrata Dresdena, Lipsia, Jenia,
patram repetivit, & in reditu (ne videretur Hōfes in patria)
Brandenburgum, Spandovium, Coloniam & Berolinum,
Britzam, Bernovium, Freienwaldum & Oderobergum &c.
salutapit. Cùm postmodum Patriæ, habitis in Ecclesia aliquot ser-
monibus

monibus, suam & industriaam & obseruantiam prolixius probasset.
invitatus est ad aliquam concessionem Sedini in Templo Arcis Ducalis
habendam, cui Deus tam felicem concessit eventum, ut An. CHRISTI
M. DC. XL. à Consilio REGIO, Ecclesia Falcobergensis constituere-
tur Pastor. Sacris Ministerii post legitimam vocationem & ordi-
nationem d. XXXI. Maii, Ejusdi anni SEDINI in Templo ad D. Ja-
cobi à Plur. Reverend. Excellent. Dñ. D. Jacobo Fabricio, Pastore
t. temp. Aulico & Superintend. General. Pomeran. Oriental. ritè ini-
tiatus, pie constituit Dn. Candidatus, spartam suam candidè &
decenter exornare, nec quicquam prætermittere, quod fidelem DOMI-
NI decet operarium. Et sane DOMINUS ipse rem bene gestam exitu
admirabili comprobavit. Evidem complectebantur exitiosa Ger-
maniam bella, & indies horribilia, que animos mortalium val-
de solent torquere, irruerant mala, exponebatur & Clariss. Dn. Can-
didatus variis multorum adversitatibus: Mirificè vero tantis malis
cripibatur, & quietiori præficibatur functioni, DEO PROVIDENTE,
cum Anno M. DC. XLVIII. Nobiliss. & Amplissimus SENATUS, Ihu-
stris Reipublicæ Gedanensis, Promotore, Viro Nobilissimo & Gene-
roso, DN. ADRIANO de LINDA, tunc temporis, Magnific. SENATUS
PRÆSIDE, & ADMINISTRATORE Promontoriorum, illum ad
Pastoratum Ecclesiæ Löblovienensis & Vicinarum promontorii prussici
vocaret. Ubi Ecclesiastico muneri per decennium cum laude præ-
fuit, & ex viribus, quas in functione illâ Eidem suppeditavit DEUS,
ministravit, DN. PATRONIS suis commendatissimus, qui inscriptio-
nes laborum Ejus, quos publici juris fecit, ut SPECIMINA CONCL-
ONATORIA, Sacra TRIUMPHALIA, Meletemata de SPIRITUALI
AGRICULTURA & COOPERARIIS DEI, Acclamations solemnes
&c. benevolâ omnino excepérunt manu: Et, ut solent DOMINI GE-
DANENSES Officia & studia suorum abundè remunerari pro meritis
eiuscung, & ad majora promovere benemerentes, ita quoq; DN.
Candidatus propensiorem eorum affectum advertit, ipsum ad alti-
ora evecturum. Occupavit vero conatus illos REGIA vocatio, ad

Archi-

Archipresbyterium Strasburgense, quod Serenissimus & Celsissi-
mus PRINCEPS, DN. DN. ADOLPH JOHAN, Comes Palatinus
Rheni, Bavariae, Juliaci, Clivie & Montium Dux &c. &c. GE-
NERALISSIMUS militiae, & SUMMUS DIRECTOR Reg. Palati-
natuum per Borussiam, Anno M. DC. LVII. d. xxx Augsti, Marie-
burgi clementissime eidem confirmavit. Functionem idcirco
priorum debite resignavit Dn. Candidatus & Anno M. DC. LVIII.
d. xxvii. Januarii, styl. nov. Ecclesiae Löblovieni publice per
Concionem solemnem, more solito, valedixit. Pannonia tamen
nondum obtinuit, quod per splendidam ad suscipiendas functio-
nes Ecclesiasticas invitationem sollicitaverat. Cum vero perpe-
tuo desiderio Matris sue consenserent, Dn. Fratris pariter,
Sororum, affinum & amicorum teneretur, Dn. Candidatus de-
creverat, suum, quem illis debebat, amorem atq; benevolentiam,
testatum reddere, id quod præstitit anno proximo adventu suo,
quem per decennium expectaverant, exoptatissimo. Postmodum
animus ferebat, ad Oras ire maritimas, propterea Mense
Augusto se conferebat in Academiam Gryphiswaldensem,
transibat Stralsundiam, salutabat Rostochium nostrum, per-
gebat Vismarium, trajeciebat in Daniam, cum REX SVECIE,
CAROLUS GUSTAVUS, admirabilis VICTOR hostium, CRONE-
BURGUM & Helsingoram deditione accepisset, Hafnia autem,
vulgo Copenhagen, arcta obdizione premeretur. Roeschil-
dia REGUM Dania & Magnorum Ducum insignia monumenta
conspicienda præbuit. FRIDERICIBURGUM Paradisum Regium
Septentrionalem dixeris, cuius splendor non solum DN Can-
didatum, sed & multos altos admiratores habuit. Sora Se-
landie & antiquitatibus, & Nobilitate, & literarum culi ce-
lebris est. Croneburgo, Castello Regio, ultra mare ab altera
parte Helsinborch cum oppido ejusdem nominis respondet.
SCHÖNINGIA, vulgo Schonen, oppidorum frequentia mariti-
mis opibus, & portuum commoditate, nulli cedit, Provincia in-

signis, Regioni. Placuit & navigare in Norwegiam, ne inco-
gnite essent Dn. Candidato quinq^u Arces Regie, Bahusia, Ag-
gerhusia, Bergerhusia, Nidrosia, Wardhusia. In regressu
lustravit sub Zelandia Amigriam & Huenam, vulgo Ween:
Item Fioniam, Lagelandiam, Falstham, insulas: Moe-
niam & Gutlandiam preternavigavit, properans ventis se-
cundis Lubecam. Cursu tam veloci & felici accedebat proxi-
me Hamburgum, urbs Hanseaticarum opulentissima, per ter-
ras salutanda. Neg^t, tamen HOLSATIA omnino præteriri debe-
bat, quamvis ob excursiones militum sine magno periculo, præ-
ter Segebergam, Chilonium, vulgo Kiel, Crempam &
Reinholdsburgum, vix concedebatur alia lustrare loca. In-
stitutum erat BRUNSWIGAM, primam MATREM PROSAPIÆ
RUELIANÆ, demum, Lunenburgo, Cellâ & Hannoverâ,
PRINCIPIBUS Sedibus viss, salutare, que non nesciebat benevolè
excipere progeniem. Hildesheimii gloria est antiquitas, neg^t
caret splendore, quod Templum insigne habet. WOLFERBYTUM
Dn. Candidato PRINCIPIS aperuit Bibliothecam, que conspectui
sistit multorum millium volumina. AUGUSTÆ Vindelicorum
Confessione Protestantum augustissime invitabant Cl. Dn. Can-
didatum, ut excurseret in Thuringiam & Bavariam, per lu-
strans Erfordiam, Norinbergam, Altorffium, ejusq^z Aca-
demiam, & multa alia præclar a Oppida, In regressu, voluptate
JULIAM videndi ductus, peragravit Duterstadium, Qued-
lenburgum, Halberstadium, Groningiam, que splendido
Templo illustris, Magdeburgum, Halslebiuum. Properabat
demum repetere ROSTOCHIUM nostrū, instanti Hyeme: Ubi salu-
tarò præprimis Viro Magnifico atq^z Amplissimo, Excell. DN. D.
JOH. GEORG. DORSCHEO, p. t Dn. Candidati Hospite beneficen-
tissimo, tunc Facult. Theol. DECANO, nunc Magn. Rect., postquam
ipsi professus esset instituti sui rationē, accingebat sē incunctan-
ter itinere Prusico. Redux in Borussiam sub ipsis Auspiciis novi
anni

annis felicibus, die I. Januarii, currentis Anni M.DC.LIX. E^L
BINGÆ multis votis comiter exceptus est à Fautoribus & Ami-
cis. Neg^r frustaneum erat iter; PRINCIPUM enim, DUCUM,
COMITUM, BARONUM, & aliorum magnorum virorum, nec non
Theologorum multorum, singularissimam conciliavit sibi DN.
Candidatus, gratiam, favorem & benevolentiam. REGIO-
MONTUM intērēt cogitabat de conferendā DN. Candidato pal-
mā Philosophicā, dudum promeritā. Rem nomine Amplissimē
Facultatis Philosophicæ explicuit in Programmate Vir Excell.
Clariſ. M. VALENTINUS THILO, Eloquentie Professor cele-
berr. DECANUS; Et nostrum Candidatum honorificentissime
ad SUMMOS in Philosophia HONORES capescendos invitavit, ad
quos demum Eundem Nobiliss. FACULTAS Philosophica d. 174
Aprilis styl. nov. hujus ANNI, solemnī ritu proveyit, præ-
cipuo inter VI. CANDIDATOS eximiæ eruditioñis loco colloca-
tum. Imitatorem accepimus DN. Candidatum in hoc Honoris
stadio fratris sui amantisimi. Viri Excell. DN. CHRISTO-
PHORI HEINRICI RUELII, Practici apud Stargardiens. per-
eximii, qui jam ante aliquot annos à Facultate MEDICA Laurum
obtinuerat DOCTORALEM, cuius susceptionem differre voluit.
Candidatus noster in commoditatem optimam, Fratri conce-
dens primas, ne minor is esset splendore Gradus, qui minor erat
natu, sed ut annos compensaret gloria. Nactus verò opportu-
nitatem rerum suarum commodissimam, honestissima deside-
ria in FACULTATIS THEOLOGICÆ nostrae sinum (omni benevo-
lentiā merito, ingenia ad Ecclesię certissimum emolumentum
nata & educata, complectentis) effundere, & maturorum su-
orum studiorum testimonia & premia publica petere voluit.
Nec quidquam obstitit praecellentissimis illis conatibus, quin ad-
missō ad examen privatum DN. CANDIDATO ad summos in
Theologia honores aditus aperiretur. Examini subjectus
illam judicij in rebus Theologicis dexteritatem & Orthodoxias
since-

sinceritatem Collegio nostro probavit, ut omnino dignus habitus sit. qui Inaugurali Disputatione, cui dies I. Septembri dicta est. publicum etiam de eruditione suâ judicium experiretur. Avobis itaq; Magnifice Domine RECTOR, Amplissimi, Consultissimi, Experientissimi, Excellentissimi, Clarissimi Dn. Professores, Reverendi verbi divini Ministri. Eximii artium Magistri, Nobilitissimi & Præstantissimi Dn. Studiosi, cæteriq; Literatorum, & literarum Fautores, vestris honoratis simi titulis, eo quo par est studio contendim; ut aliis tantisper sepositis negotiis die dicto DISPUTATIONEM HANC INAUGURALEM desideratissimâ præsentia vestra, pro meliori commoditate, vel opponendo, vel auscultando, votivè condecorare dignemini. Id DEO nostro & Servatori, Summo redemptorum suorum ASTORI, imprimis gratum, Facultati verò nostræ & Domino Candidato per honorificum erit, qui toti in eo manebimus, ut benevolentiam tantam studiis promptissimis, quovis tempore, locoq; pro posse ne pensemus.

P.P. Sub Sigillo Facultatis Theologicæ
ANNO M. DC. LIX. d. XXI. Augusti, quæ erat
Dominica XII. post TRINITATIS, insignis me-
morabili voce Populi; DOMINUS BENE
OMNIA FECIT.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740016490/phys_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740016490/phys_0019)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn740016490/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740016490/phys_0020)

DFG

annis felicibus, die I Januarii, currentis Anni
BINGÆ multis votis comiter exceptus est à Fe-
cisc. Neg; frustraneum erat iter; PRINCIPALI
COMITUM, BARONUM, & aliorum magnorum
Theologorum multorum, singularissimam co-
Candidatus, gratiam, favorem & benevoleni-
MONTUM interea cogitabat de conferenda Di-
mà Philosophicâ, dudum promeritâ. Rem no-
Facultatis Philosophicæ explicuit in Program-
Clariß. M. VALENTINUS THILO, Eloquen-
berr. DECANUS; Et nostrum Candidatum
ad SUMMOS in Philosophia HONORES capescen-
quos demum Eundem Nobiliss. FACULTAS Ph-
Aprilis styl. nov. hujus ANNI, solemniter
cipuo inter VI. CANDIDATOS eximiae erudi-
tum. Imitatorem accepimus DN. Candidatu-
stadio fratris sui amantissimi. Viri Excell.
PHORI HEINRICI RUELII, Practici apud S.
eximii, qui jam ante aliquot annos à facultate
obtinuerat DOCTORALEM, cuius susceptione
Candidatus noster in commoditatem optima-
dens primas, ne minor is esset splendore Gradi-
natu, sed ut annos compensaret gloria. Nat-
nitatem rerum suarum commodissimam, ho-
ria in FACULTATIS THEOLOGICÆ nostræ simi-
lentiâ merito, ingenia ad Ecclesiæ certissimi-
nata & educata, complectentis) effundere, &
orum studiorum testimonia & præmia pub-
Nec quidquam obstatit præcellentissimis illis cu-
misso ad examen privatum DN. CANDIDA-
Theologia honores aditus aperiretur. E-
st illam judicii in rebus Theologicis dexteritate

